

Vita humana presens u  
cum fonte primo

Pernauigauimus, Lucilii, uitam et  
quemadmodum in mari, ut ait Virgilius  
noster: Et terre et urbes recedunt;

sic in occurso rapidissimi temporis  
primum pueritiam abscondimus, deinde  
adolescenciam, deinde quicquid est illud  
inter iuuenem et senem medium in  
utriusque confinio positum,  
deinde senectutis optimos annos;  
nouissime incipit ostendi publicus finis  
generis humani.  
Scopulum illum putamus esse  
clementissimi;  
portus est aliquando petendus,  
nunquam recusandus.

Seneca LXXI. epistola.

Praenavigavimus, Lucili, vitam et  
quemadmodum in mari, ut ait Vergilius  
noster, terraeque urbesque recedunt,  
(Aen. 3, 72)

sic in hoc cursu rapidissimi temporis  
primum pueritiam abscondimus, deinde  
adulescentiam, deinde quidquid est illud  
inter iuuenem et senem medium, in  
utriusque confinio positum,  
deinde ipsius senectutis optimos annos;  
novissime incipit ostendi publicus finis  
generis humani.  
Scopulum esse illum putamus  
dementisimi:  
portus est, aliquando petendus,  
numquam recusandus,  
in quem si quis intra primos annos  
delatus est, non magis queri debet quam  
qui cito navigavit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 70, 2-3 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.203, ll.6-16).